

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Delineatio pandectarum - Cod. Ettenheim-Münster 76**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

Liber 49

[urn:nbn:de:bsz:31-108646](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108646)

Lib. 48.

Tit. 23.

De sententiâ passis et restitutis

Q. 1. Possitne is, qui sententiâ est passus, ob crimina restitui? R. non potest, siue nisi ex magna causa, et non à iudice, sed à principe, nec in prejudicium privati, sed tantum in detrimentum sui fisci, l. 4. c. 10. ff. h.

Q. 2. Quid si in genere restitutio sit facta? R. strictè debet id accipi, quod rescriptum <sup>potius</sup> cum ipa videatur esse poena, quam restitutio secundum omnia facta.

Tit. 24.

De cadaveribus punitorum.

Q. Quid faci juris circa huiusmodi cadavera? R. Non sunt regenda cognatis, vel quibus aliis petentibus ad sepulturam, l. 1. c. 13. ff. h. Hodie tamen receptum est, ut cadavera suspensorum et rota innodatorum insepulta putrescere debeant.

Liber. 49.

Lib. 49.

Tit. 1. et seqq.

De appellationibus, et Relationibus

De appellationibus satis fuse disserimus in iure Can. l. 2. t. 28. tantum pauca restant hic elucidanda.

Q. 1. Quid juris si unus ex pluribus appellaverit? R. Etiam eius appellatio proderit non appellatibus, adeoque victoria in causa appellationis proficiat omnibus, l. 1. c. 1. Caterum condemnatio vice versa soli appellanti nocebit, l. 3. s. 2. ff. h. Strictior enim est interpretatio in condemnatione, quam in victoria; haec quippe latior.

Q. 2. Quia intra decendum appellandum est, an perpetuo id tempus currat? R. Decendum non currit.

7 per electionem arbitri

Si compromissum in causa sit factum, Auth. si tamen. C. de tempore et reparat.

Q. 3. Sint ne alii modi, praeter appellationem, qui-

bus consulatur condemnatis? R. Sunt plurimi ubi inter alios sunt restitutio in integrum, de qua alibi actum est Supplicatio, querela nullitatis, Revisio, Syndicatus.

Q. 4. Quid sit Supplicatio? R. Est petitio proposita principi in hunc finem, ut datur facultas proponendi errorem in iudicio, de qua in Auth. qua Supplicatio C. de precib. Imper.

Q. 5. Quis error hic intelligatur? R. Tantum facti, non juris, l. praefecti ff. de minorib.

Q. 6. Qua sit differentia inter Supplicationem et appellationem? R. 1. Appellatio est remedium juris communis, Supplicatio vero gratia sine benignitatis. 2. appellatio suspendit executionem, non vero Supplicatio d. Auth. qua Supplicatio. 3. 4. appellatur intra decennium, Supplicatio datur ulterius tempus. 5. appellatio fit ob iniquitatem iudicis, Supplicatio ob errorem d. l. praefecti. 6. de appellatione cognoscit alius iudex, de Supplicatione idem.

Q. 7. Quae sit querela nullitatis? R. Per quam allegatur nullitas sententiae, atque ob eam prior sententia reformari, et corrigi petitur, habetur haec nullitas causas, vel ob defectum, vel ob proposterationem. Defectus est vel in legitimatione personarum iudicij, vel in actione instituta, vel in ordine processus neglecto. Proposteratio, quando causa cognitio, et examinatio non praecedit, sed sequitur sententia lata.

Q. 8. Quid sit revisio, est beneficium obtentum a principe, ut processus, in quo a Supremo Senatu sententia est dicta, rursus examinetur, ex eisdem actibus per eos, qui huic rei sunt praefecti. Huius effectus est, ut si fiat intra 10 dies a sententia lata executio quidem non impediatur, sed tamen cogatur per adversa fidei iurantes prestare de restituendo si sententia fuerit retractata. si vero fiat post decennium, ac intra biennium, possit fieri executio

Lib. 49.

7 judex

nulla praestita à victore cautione, d. auth. quae supplicatio. Et à sententia revisorum non datur appellatio, revisio, vel supplicatio.

Q. 9. Quid sit syndicatus? R. est accusatio ob sententiam, ubi sit litem suam fecerit dolo aut concessione aliqua nimis iniqua. Hanc ob causam constitutum est jure civili, ut judices post depositam administrationem quinquaginta dies in certis locis permaneant, l. un. C. ut omnes judices.

Tit. 14.

De jure fisci

Q. 1. Quid sit Fiscus? R. est patrimonium reipublicae seu est jus, quod arcam, publicam pecuniam ad usus publicos destinatum continet ex variis causis comparatum.

Q. 2. Quis possit habere fiscum, seu quis gaudeat jure fiscali? R. omnes principes imperii et ex consuetudine imperii immemorabili omnes civitates, etiam municipales, quibus alij competit nomen imperii, Struv. h. thes. 33.

Q. 3. Quae sint personae quae fiscum administrant? R. sunt ea, quae fiscalibus rebus opera suam praestant, ut, iudex, Curator, advocatus, Notarius.

Q. 4. Ex quibus causis fisco singulariter acquiritur? R. 1. si hereditas indigno sit relicta. 2. si bona sint vacantia, 3. si quis arte magica thesaurum etiam in proprio fundo effodit, l. un. C. de thes.

4. Res in contractum contra prohibitionem legis initum deducta fisco inferitur, l. 46. §. 3. ff. l.

5. Praetium rei litigiosa scienter alienata l. fin. C. de litigios. 6. Res seu merces vechigali subiectae et non professa, l. 14. ff. de public.

Q. 5. Quae sint privilegia fisci? R. sunt extra-judicialia, et judicialia. Fisco inter pro Priora sunt 1. quod contra fiscum non admittatur compensatio. 2. quod bona fisci non subiacent usurpationi ordinaria, 3. quod in contractibus suis

non obstringatur ad evictionem .4. quod enim rem  
à fixo tenetur stare locationi à fixo contracte. Lib. 49. 141  
5. quod fixus habeat tacitā hypothecam in bonis  
sui debitoris C. C. Vid. Widm. h. n. 13.

judicialia vero privilegia sunt 1. quod singula-  
rem habeat procuratorem et advocatum .2. quod  
possit agere adversus debitorem sui debitoris. 3. quod  
non tenetur satisfecisse .4. quod in causis sig-  
nalibus etiam mensis tempore procedi possit. 5.  
Quod debitore ab appellatione in debitis liti-  
dis excludat C. C. Vid. Widm. n. 14

Tit. 15

De Captivis et de postliminio et  
de redemptis ab hostibus.

Q. 1. Quid juris juris in captivis reversis? R.  
Si ab hostibus, quales <sup>hic</sup> sunt, quibus publice bellum  
est à populo indictum, reversi fuerint jure post-  
liminio restituantur.

Q. 2. Quid sit jus postliminii? R. est illud,  
per quod, si redit captivus recipit statim universa,  
quae ante captivitatem habebat, et conjungitur  
tempus captivitatis ac reditus, perinde ac si nun-  
quam captus fuisset, sed semper in civitate man-  
sisset, unde captivis conservantur omnia jura,  
et in superis sunt, ac bonis <sup>aiis</sup> captivis datur à  
magistratu curator Struv. h. tit. C.

Tit. 16

De re militari

Q. 1. Possuntne ad militiam cogi cives? R.  
possunt C. 4. 5. 10 et 11. ff. h. nisi exsuscitentur  
ob aetatem, vel similem aliam causam, aut privilegium  
singulare.

Q. 2. Quis militum delicta puniat? R. <sup>magistri</sup> magistri mili-  
taria;

Q. 3. Quae militum sint privilegia? R. 1. <sup>no</sup> exemptio

Lib. 49.

7 Sicuti

7 l. 3. §. 1. ff.  
de numer.

Iur habentes ignorantia iuris positivum, non tenentur naturalis. l. 1. C. iur. et fact. ignor. 2<sup>do</sup>.  
Si miles aliquid solvit, atque putat se indebitum solvisse, ad probandam indebiti solutionem non potest asserere, l. 25. §. 1. ff. de probat. 3<sup>o</sup> rei-publicae causa absentis in integrum restituitur; ita à muneribus sunt immunes. 7. 4. beneficium habent competentia, l. 6. et 18 ff. de re iudic.

Tit. 19.

### De castrensi peculio

Q. 1. Quid sit peculium castrense? Q. Quod filio familias in militia agenti à parentibus, vel aliis est donatum, vel ex causa militiae acquisitum, quod non haberet, nisi militaret, l. 11 ff. h.

Q. 2. Quae sint in eo privilegia? Q. Filius familias in eo est loco patris familias, l. 2. ff. h. de sc. to. Maced. et plenum habet dominium, et administrationem cum potestate quolibet modo inter vivos vel ultimam voluntate disponendi.

Tit. 18.

### De veteranorum privilegiis

Veterani dicuntur, qui legitima 20 annorum stipendia confecerunt, sed quia tunc honeste dimitti solebant; idcirco veteranus in iure accipitur pro eo, qui honestam dimissionem impetravit, et militi opponitur, l. 1. ff. h.

Lib. 50.

## Liber 50

Tit. 1.

### Ad Municipale et de incolis

~~Iste titulus pro praesenti Republica germanica rantiis est omitt. Debet, ait Beckman~~

Tit. 2.  
~~De Recursibus et filis eorum.~~  
Eade est ratio de hoc titulo ac de priori